ARISTOTELIS
ΠΕΡῚ ἙΡΜΗΝΕΊΑΣ
LIBRI DVO.









PARISIIS.
Apud Simonem Colinæum.
1544.
















ARISTOTELIS ΠΕΡΙ' Ε'ΡΜΗΝΕΙ'ΑΣ LIBER PRIMVS.

De signis. Cap. I.



Rimũ oportet cõſtituere quid ſit nomẽ,& quid verbum, poſtea quid eſt negatio & affirmatio,& enũciatio,& oratio. Poſitio 1

2 Sũt ergo ea quę ſunt in voce earũ quę ſunt in anima paſſionũ notæ: & ea quæ ſcribũtur,eorũ quę ſunt in voce.3 Et Poſitio 2
queãdmodũ nec literæ omnibus eædẽ:ſic nec eædẽ voces.Quarũ autẽ hæ primũ notæ ſunt, eædẽ omnibus paſſiones animæ ſunt:& quarũ hę ſimilitudines,res etiã eædẽ.De his vero dictũ eſt in ijs qui ſunt de anima. alterius enim eſt negotij.4 Eſt autẽ queãdmodũ in anima Poſitio 3
aliquãdo quidẽ intellectus ſine vero vel falſo, aliquãdo autẽ cui iam neceſſe eſt horũ alterũ ineſſe:ſic etiã in voce.Circa cõpoſitionẽ enim & diuiſionem:eſt verũ & falſum. 5 Nomina igitur ipſa & verba cõſimilia ſunt: ei(qui ſine cõpoſitione & diuiſione eſt)intellectui.vt homo vel album:quãdo nõ aliquid additur.neq; enim falſum,neq; verũ adhuc eſt.ſignũ autem huius eſt.hircoceruus enim aliquid ſignificat: ſed nondum verum aliquid, vel falſum ſi non vel eſſe, vel non eſſe addatur,vel ſimpliciter, vel ſecundum tempus.

¶De nomine. Cap. 2.

Diffinitio nominis. 6 N Omen igitur est vox significatiua se-
cundũ placitũ sine tẽpore:cuius nulla
pars significatiua est separata. 7 ¶In
nomine enim quod est equiferus : ferus nihil
per se significat, quẽadmodũ in oratione quæ
est equus fer⁹. At vero nõ quẽadmodũ in sim-
plicibus nominibus: sic se habet in cõpositis.
In illis enim nullo modo pars significatiua
est:in his autem vult quidẽ,sed nullius est,se-
parata. vt in eo quod est equiferus hoc quod
est ferus. Secundũ placitũ vero: quoniã natu-
ra,nominũ nullũ est,sed quando fit nota.quo-
niam dislignãt & illiterati soni,vt ferarũ:quo-
Declaratio rum nihil nomẽ est. 8 ¶Nõ homo vero nõ est
nomen.at vero nec positũ nomẽ est:quo illud
oportet appellare.neq; enim oratio, neq; ne-
gatio est:sed sit nomen infinitũ, quoniã simi-
liter in quolibet est & quod est, & quod non
est. 9 ¶Catonis autẽ & Catoni & quæcunque
talia sunt:nõ sunt nomina,sed casus nominis,
ratio autẽ eius est.alia tamen sunt secundũ se-
ipsa:quoniam cum est,vel fuit,vel erit,neque
verum,neque falsum est,nomen vero semper.
vt Catonis est,vel non est.nondum enim ali-
quis neq; verum dicit:neque falsum.

¶De verbo. Cap. 3.

10 V Erbum autẽ est quod cõsignificat tem
pus , cuius nulla pars significat extra:
& est semper eorũ quæ de altero præ-
dicantur nota. 11 ¶Dico autẽ quoniã cõsigni-

ficaţ tēpus.vt ſanitas quidē nomē eſt: ſanatur
vero verbū.cōſignificat enim nūc eſſe:& ſem-
per eorū quæ de altero dicuntur nota eſt, vt
eorum quæ de ſubiecto vel in ſubiecto ſunt.
12 ¶Non ſanatur vero, nō ægrotat:nō verbū
dico.Conſignificat enim tēpus & ſemper de
aliquo eſt.Differētiæ autē huic,nomen poſitū
non eſt,ſed infinitū verbū ſit:quoniā ſimiliter
in quolibet eſt:& quod eſt,& quod non eſt.
13 ¶Similiter autē & ſanabitur & ſanabatur
nō verbū eſt:ſed caſus verbi.Differunt autē à
verbo:quòd hoc quidem præſens cōſignificat
tēpus,illa vero id quod circūcirca eſt.14 ¶Ip
ſa igitur ſecundū ſe dicta verba,nomina ſunt,
& ſignificant aliquid: cōſtituit enim qui dicit
intellectū, & qui audit quieſcit. ſed ſi eſt vel
non eſt: nondū ſignificat. neq; enim ſignū eſt
rei, eſſe vel nō eſſe,nec ſi hoc ipſum eſt purū
dixeris.ipſum enim nihil eſt.conſignificat au-
tem compoſitionem quandā: quam ſine com-
poſitis non eſt intelligere.

¶De oratione. Cap. 4.

15 Ratio autem eſt vox ſignificatiua,cu-
o ius partiū aliquid ſignificatiuū eſt ſe-
paratū,vt dictio:ſed nō vt affirmatio
vel negatio. 16 ¶Dico autē:vt homo aliquid
ſignificat, ſed non quoniam eſt aut nō eſt.ſed
erit affirmatio vel negatio:ſiquid addat. Sed
nō hominis ſyllaba vna.neq; enim in eo quod
eſt ſorex:rex ſignificat,ſed vox nunc eſt ſolū.
In duplicibus vero ſignificat quidē aliquid:

ſed nõ ſecũdũ ſe,quemadmodũ dictũ eſt. Eſt autem oratio omnis quidẽ ſignificatiua,nõ ſicut inſtrumentũ : ſed quemadmodũ dictũ eſt ſecundũ placitũ. 17 ❡Enunciatiua vero nõ omnis:ſed in qua verũ vel falſum eſt.non autẽ in omnibus ineſt. vt deprecatio, oratio quidẽ eſt:ſed neq; vera,neq; falſa.Cæteræ igitur relinquantur.rhetoricæ enim vel poëticæ cõuenientior eſt cõſideratio.enunciatiua vero præſentis eſt ſpeculationis. 18 ❡Eſt autẽ vna prima oratio enunciatiua affirmatio, deinde negatio:aliæ vero omnes coniunctione vnæ.

Concluſio 19 ❡Neceſſe eſt autẽ omnẽ enunciatiuã orationẽ:ex verbo eſſe,vel ex caſu verbi.Etenim hominis ratio (ſi nõ addatur aut eſt, aut fuit, aut erit,aut aliquid huiuſmodi) nondũ oratio enunciatiua eſt.Quare autẽ vnũ quiddã eſt,& non multa animal greſſibile bipes (non enim eo quòd propinquę partes dicuntur:vna erit) eſt certe alterius hoc tractare negotij.

20 ❡Eſt autẽ vna oratio enunciatiua quę vnũ ſignificat,vel cõiunctione vna.21 ❡Plures autem:quæ plura,& nõ vnum, vel inconiuncte. 22 ❡Nomen igitur & verbum:dictio ſit ſolũ. quoniam non eſt dicere ſic aliquid ſignificantem: voce enunciare, vel aliquo interrogante vel non, verum ipſo proferente. Harum autẽ hęc quidẽ ſimplex eſt enunciatio.23 ❡Vt aliquid de aliquo,vel aliquid ab aliquo. hæc autem ex his coniuncta velut oratio quædã iam compoſita.24 ❡Eſt autem ſimplex enũtiatio:

vox significatiua de eo quod est aliquid, vel non est, quemadmodum tempora diuisa sunt. 25 ℭAffirmatio vero, est enunciatio alicuius de aliquo. 26 ℭNegatio vero, enunciatio alicuius ab aliquo. 27 ℭQuoniā autē enunciare est, & quod est: nō esse. & quod nō est: esse. & quod est: esse. & quod nō est: nō esse. & circa ea quæ extra præsens tēpus sunt: similiter. omne vtiq; cōtigit quod quis affirmauerit, negare: & quod quis negauerit, affirmare. Quare manifestū est quoniā omni affirmationi: opposita est negatio. & omni negationi: affirmatio. 28 ℭEt sit hoc cōtradictio: affirmatio & negatio opposite. Dico autē opponi eiusdē de eodem, non autē æquiuoce: & quæcūq; cetera taliū contra sophisticas determinauimus importunitates.

ℭDe subiectis & prædicatis enunciationum. Cap. 5.

29 QVoniam autem sunt hæc quidem rerum vniuersalia: illa vero singularia. Diuisio

30 ℭDico autem vniuersale quod in pluribus prædicari natum est. Singulare vero quod non. vt homo quidē vniuersale est: Callias vero eorum quæ sunt singularia. necesse est autem enunciare cū inest aliquid aut non: aliquando quidem alicui eorum quæ vniuersalia sunt, aliquando autem quæ singularia sunt. 31 ℭ Si ergo in vniuersali vniuersaliter enunciet quis quoniam est aut non est: cōtrariæ enunciationes erunt. Dico autem in vniuersali enūciare vniuersaliter, vt omnis homo

albus eſt,nullus homo albus eſt.Quando autē in vniuerſalib⁹ nō vniuerſaliter:nō ſunt cōtrariȩ.quæ autē ſignificātur:eſt eſſe aliquādo cōtraria. Dico autē nō vniuerſaliter enũciare in ijs quæ vniuerſalia ſunt:vt eſt albus homo,nō eſt albus homo.cũ enim vniuerſale ſit homo: non vniuerſaliter vtitur enuntiatione. omnis nanq;,nō vniuerſale ſignificat:ſed quoniã vni-
Regula. uerſaliter. 32 ¶In eo vero quòd vniuerſale prædicatur:id quod eſt vniuerſaliter prædicari,nō eſt verũ.Nulla enim affirmatio vera erit: in qua cũ vniuerſale ſit prædicatũ,vniuerſaliter prædicatur.vt eſt omnis homo,omne animal.33 ¶Opponi autem affirmationem negationi dico contradictorie : quæ vniuerſaliter ſignificat eidē quoniã non vniuerſaliter. vt omnis homo albus eſt: non omnis homo albus eſt.nullus homo albus eſt:aliquis homo albus eſt. Contrarie vero vniuerſalem affirmationem & vniuerſalem negationem.vt omnis homo iuſtus eſt:nullus homo iuſtus eſt.

¶De regulis oppoſitorum. Cap. 6.

34 Vocirca has quidē impoſſibile eſt ſimul eſſe veras. 35 ¶His vero oppoſitas:contingit aliquãdo in eodē ſimul eſſe veras.vt non omnis homo albus eſt:& aliquis homo albus eſt.36 ¶Quæcunq; igitur cōtradictiones vniuerſaliũ ſunt vniuerſaliter,neceſſe eſt alteram eſſe veram vel falſam:& quȩcũq; in ſingularibus ſũt.vt eſt Socrates albus. non eſt Socrates albus.37 ¶Quæcunq; autem

in vniuerſalibus non vniuerſaliter:non ſemper hæc quidẽ vera eſt, illa vero falſa eſt. Simul enim verum eſt dicere quoniam eſt homo albus: & quoniam nõ eſt homo albus. & eſt homo pulcher:& non eſt homo pulcher. ſi enim turpis eſt: non eſt pulcher. & ſi fit aliquid: non eſt. Videbitur autem ſubito incõueniens eſſe. idcirco quoniam videtur ſignificare hæc non eſt homo albus, ſimul & hæc nullus homo eſt albus. 38 ¶Hæc autem neque idem ſignificat: neque ſimul neceſſario. 39 ¶Manifeſtum eſt autem quoniam vna negatio vnius affirmationis eſt. hoc enim idem oportet negare negationem, quod affirmatio affirmauit, & de eodẽ, vel de aliquo ſingulariũ, vel de aliquo vniuerſaliũ vt vniuerſaliter, vel vt nõ vniuerſaliter. dico autẽ vt eſt Socrates Albus: nõ eſt Socrates albus. ſi autẽ aliud aliquid de eodem, vel de alio idẽ: nõ eſt oppoſita, ſed erit ab ea diuerſa. huic vero quæ eſt omnis homo albus eſt: cõtradictio eſt, illa quę eſt nõ omnis homo albus eſt. illi vero quę eſt aliquis homo albus eſt, illa quę eſt nullus homo albus eſt. illi autẽ quæ eſt, eſt homo albus: illa quæ eſt, nõ eſt homo albus. 40 ¶Quoniã igitur vna affirmatio vni negationi opponitur cõtradictorie: & quæ ſunt hæ dictum eſt. & quoniam contrarie aliæ: & quæ ſunt illę dictum eſt. & quoniam non omnis vera vel falſa contradictio: & quare, & quando vera vel falſa. Epilogus.

¶De affirmatione & negatione vna. Cap. 7.

Diffinitio 41 V Na autē affirmatio & negatio est: quæ vnum de vno significat, vel cū sit vniuersale vniuersaliter, vel nō similiter. vt omnis homo albus est, nō omnis homo albus est. est homo albus, non est homo albus. nullus homo alb⁹ est, aliquis homo albus est, si albū vnum significat. sin vero duobus vnum nomen positum est, ex quibus non est vnum: non est vna affirmatio, neque vna negatio. vt si quis ponat hoc nomen tunica, homini & equo: quòd tunica alba est, hæc nō est vna affirmatio, nec vna negatio. Nihil enim differt hoc quàm dicere quoniam est homo equus, albus. hoc autem nihil differt, quàm dicere est homo albus: & est equus albus. si ergo hę multa significāt & sunt plures: manifestū est quoniam & prima vel multa, vel nihil significat.

Corollariū. neq; enim est aliquis. homo equus. 42 ¶Quare nec in his necesse est hanc contradictionē veram, illam vero falsam esse.

¶De futuris contingentibus. Cap. 8.

Regula 1 43 I N ijs ergo quæ sūt, & quæ facta sunt, necesse est affirmationem, vel negationem veram esse vel falsam. In vniuersalibus quidem vniuersaliter, semper hanc quidem veram: illam vero falsam esse, & in ijs quæ singularia sunt (quemadmodum dictum est) in ijs vero quæ in vniuersalibus non vniuersaliter dicuntur, non necesse est. dictum

Regula 2 est autem & de his. 44 ¶In singularibus ve-

ro & futuris: non similiter. Nam si omnis affirmatio & negatio vera vel falsa est:& omne necesse est esse,vel non esse.quare si hic dicat futurum esse aliquid,ille vero nō futurū dicat hoc ipsum: manifestum est quoniā necesse est verum dicere alterum ipsorum,si omnis affirmatio,vel negatio vera,vel falsa est. vtraque enim non erunt simul in talibus.Nā si verum est dicere quoniam album,vel non album:necesse est esse album,vel non album.Et si est album,vel nō album:verum erat affirmare, vel negare. & si non est, falsum dicit:& si falsum dicit, non est. quare necesse est, aut affirmationem, aut negationem veram esse, vel falsam.Nihil igitur neque est, neq; fit,nec à fortuna, nec vtrumlibet, neque erit, neque non erit:sed ex necessitate omnia, & non vtrumlibet. aut enim qui dicit verus est. aut qui negat. Similiter enim vel fieret, vel non fieret. vtrūlibet enim nihil magis sic, vel non sic se habet vel habebit.Amplius autē, si est album nunc: verū erat dicere prius quoniā erit albū. quare semper fuit verū dicere quodlibet eorū quæ facta sunt quoniā est vel erit.si autē semper verū fuit dicere quoniā est vel erit:nō potest hoc non esse,vel nō futurū esse.quod autē non potest non fieri, impossibile est non fieri. & quod impossibile est nō fieri:necesse est fieri.omnia igitur quæ futura sunt:necesse est fieri.Nihil igitur vtrumlibet neq; à fortuna erit. nam si à fortuna, non ex necessitate.

45 ℭ At vero nec quoniam neutrũ verum eſt: dicere contingit. vt quoniam neque erit: neq; non erit. Primũ enim cum ſit affirmatio falſa: negatio nõ vera erit. Et cum hæc falſa ſit, contingit affirmationem nõ veram eſſe. Ad hęc ſi verum ſit dicere quoniã album eſt & magnũ: oportet eſſe vtrunque. ſi vero erit cras: oportet fore cras. Si autem neq; erit, neq; non erit cras: nõ erit vtrumlibet. vt eſt nauale bellum. oporteret enim neq; fieri nauale bellum: neq; non fieri. 46 ℭQuæ ergo contingunt inconuenientia hæc ſunt, & huiuſmodi alia: ſi omnis affirmationis & negationis, vel in ijs quę in vniuerſalibus dicuntur vt vniuerſaliter, vel in ijs quæ ſunt ſingularia neceſſe eſt oppoſitarum hanc quidem veram eſſe, illam vero falſam. Nihil autẽ vtrũlibet eſſe in ijs quæ fiunt: ſed omnia eſſe & fieri ex neceſſitate. Quare neq; cõſultare oportebit, neq; negotiari. quoniam ſi hoc quidẽ facimus: erit hoc. ſi vero nõ hoc: non erit hoc. Nihil enim prohibet, & in annum decies milleſimum, hunc quidem dicere hoc futurum eſſe: illum vero non dicere. quare ex neceſſitate erit: quodlibet eorũ verum erat dicere tunc. At vero nec hoc differt ſi aliqui dixerint cõtradictionẽ, vel non dixerint. manifeſtum enim quòd ſic ſe habent res: etiã ſi non hic quidem affirmauerit quid, ille vero negauerit. non enim propter negare, vel affirmare: erit, vel nõ erit, nec in decies milleſimum annum, magis quàm in quantolibet tẽ-

pore. Quare si in omni tẽpore sic se habebat, vt alterum vere diceretur : necesse erat hoc fieri. Et vnũquodq; eorũ quæ fiunt sic se habebant, vt ex necessitate fieret. si enim vere dixit quis quoniã erit:nõ potest nõ fieri. & quod factum est: verũ erat dicere semper, quoniam erit. siquidem hæc impossibilia sunt. videmus enim esse futurorũ principium, & ab eo quod consultamus:atq; aliquid agimus. & quoniam est omnino in ijs quæ nõ semper astu sunt, esse possibile, & nõ esse similiter:in quibus vtrunq; contingit & esse, & non esse. quare & fieri, & non fieri. & multa nobis manifesta sunt sic se habentia. vt quoniam hanc vestẽ possibile est incidi: & non incidetur, sed prius exteretur. similiter autem & non incidi possibile est. nõ enim esset eam prius exteri:nisi possibile esset nõ incidi. quare & in alijs generationibus:quæ secundum huiusmodi potentiam dicũtur. manifestum igitur est: quoniam nõ omnia ex necessitate vel sunt, vel fiũt. 47 ¶Sed alia quidem vtrumlibet: & nihil magis, vel affirmatio, vel negatio vera. Alia vero magis quidem in pluribus alterum : sed contingit fieri & alterum, alterum vero minime. 48 ¶Igitur esse quod est, quãdo est, & nõ esse quod non est, quando nõ est, necesse est. sed nõ omne quod est, necesse est esse:nec quod nõ est, necesse est nõ esse. nõ enim idẽ est, omne quod est, necessario esse quãdo est: & simpliciter ex necessitate esse. similiter autem & in eo quod nõ est.

49 ¶Et in cõtradictione eadem ratio est. esse quidẽ vel non esse omne necesse est: & futurũ esse vel nõ. non tamẽ diuidentẽ: dicere alterũ necessariũ. dico autẽ vt necesse est futurũ esse bellũ nauale cras, vel nõ futurũ esse. sed nõ futurum esse cras bellum nauale, necesse est: vel non futurum esse. futurum autem esse, vel nõ esse: necesse est. 50 ¶Quare cum similiter orationes veræ sint, quemadmodum & res: manifestum est quoniam quæcunque sic se habent vt vtrumlibet sint, & contraria contingant: necesse est similiter se habere & cõtradictionem. quod contingit in ijs: quæ non semper sunt, vel non semper non sunt. Horum enim necesse est alteram partem cõtradictionis veram esse vel falsam: non tamẽ hanc vel illam, sed vtrumlibet. & magis quidem veram alteram: non tamen iam veram vel falsam. Quare manifestum est quoniã non est necesse omnis affirmationis vel negationis oppositarũ: hanc quidem veram, illam autem falsam esse. non enim quemadmodum in ijs quæ sunt: sic se habent & in ijs quæ non sunt quidem, possibilibus tamen esse vel non esse, sed quemadmodum dictum est.

¶PRIMI LIBRI PEPI' ἑρμηνέιας Aristotelis

FINIS.

ARISTOTELIS ΠΕΡῚ ἙΡΜΗΝΕΊΑΣ LIBER SECVNDVS.

¶De enunciationibus infinitis. Cap. 1.



Voniam autē est aliquid de aliquo affirmatio significans: hoc autē vel nomē est vel innominatum, vnū autē oportet esse & de vno id quod est in affirmatione (nomen autem dictū est & innominatū prius. nō homo enim nomen quidem nō dico: sed nomen infinitū. vnū enim significat aliquo modo infinitū nomen. quēadmodum & nō sanatur nō verbū: sed infinitum verbū) erit omnis affirmatio & negatio: vel ex nomine & verbo, vel ex infinito nomine & verbo. Præter verbū autē nulla affirmatio vel negatio est. est enim vel fuit, vel erit, vel fit, vel quæcūq; alia huiusmodi verba: ex ijs sunt quę posita sunt. cōsignificāt enim tēpus. 2 ¶Quare prima est affirmatio & negatio. est homo, nō est homo. deinde est nō homo, nō est non homo. Rursus est omnis homo, non est omnis homo. est omnis nō homo, non est omnis non homo. Et in ijs (quæ extrinsecus sunt) tēporibus eadē ratio est. 3 ¶Quando autē est tertiū adiacens, prędicatur: dupliciter dicūtur oppositiones. Dico autē: vt est iustus homo. est tertium, dico adiacere nomen, vel verbū in affir-

Conclusio.

Regula 1

Regula 2

matione.quare ob id ipsum quatuor erũt illæ. quarũ duæ quidẽ ad affirmationẽ & negationem se habebunt secundũ consequentiam vt priuationes:duæ vero minime.Dico autẽ quoniam est:aut iusto adiacebit,aut iniusto.quare etiã negatio.quatuor igitur erũt.Intelligimus vero quod dicitur ex ijs quæ subscripta sunt.

Simplices.

A Antecedens. C Consequens.

A Homo iustus est C Homo iustus nõ est

Priuatoriæ.

C Homo iniustus nõ est A Homo iniustus est

Infinitæ.

C Homo nõ iust⁹ nõ est A Homo nõ iustus est

Vniuersales & particul.affirmationes,& neg.

Simplices.

A Omnis homo est iust⁹ C Nõ oĩs hõ est iust⁹

Infinitæ.

C Nõ oĩs hõ est nõ iust⁹ A Oĩs hõ est nõ iust⁹.

Est iustus homo: huius negatio est,non est iustus homo.est nõ iustus homo: huius negatio est,non est nõ iustus homo.est enim hoc in loco & nõ est:iusto & nõ iusto adiacet.hæc igitur quemadmodũ in resolutiuis dictũ est: sic sunt disposita.Similiter autẽ se habebunt etsi vniuersalis nominis fit affirmatio . vt omnis est homo iustus:negatio , nõ omnis est homo iustus.omnis est homo nõ iustus:nõ omnis est homo nõ iustus.Sed nõ similiter angulares veras esse cõtingit. contingit autẽ aliquãdo.hæ

Regula 3

igitur duæ oppositæ sunt. 4 ¶Aliæ autẽ duæ ad nõ homo,quasi subiectũ aliquod additũ.vt

est iustus nõ homo:nõ est iustus nõ homo, est non iustus nõ homo: nõ est non iustus nõ homo.plures autẽ his nõ erũt oppositiones. Hæ autem extra illas,ipsæ secundũ se erũt:vt nomine vtẽtes eo quod est nõ homo. 5 ¶In quibus vero est nõ conuenit,vt in eo quod est sanum esse,& ambulare: in ijs idẽ facit sic positum,ac si est adderetur.vt est:sanus est omnis homo, non sanus est omnis homo.sanus est omnis nõ homo, nõ sanus est omnis nõ homo. non enim dicendũ est non omnis homo : sed non negationẽ ad id quod est homo addendũ est.omnis enim non vniuersale significat : sed quoniã vniuersaliter.Manifestũ est autẽ ex eo quod est sanatur homo:non sanatur homo.sanatur non homo: non sanatur non homo.hæc enim ab illis differunt: eo quòd vniuersaliter nõ sunt.quare omnis vel null9 nihil aliud cõsignificat quàm vniuersaliter de nomine vel affirmationẽ vel negationẽ.ergo & reliqua ea dẽ oportet apponi. 6 ¶Quoniã vero cõtraria est negatio ei quæ est omne est animal iustũ, illa quæ significat quoniã nullũ est animal iustum : hæ quidẽ manifestũ est quoniã nunquã erunt neq; veræ simul,neq; in eodẽ. his vero oppositæ: erunt aliquãdo.vt nõ omne animal iustum est,& est aliquod animal iustũ.sequuntur vero & hæ,eã quidẽ quæ est omnis est homo non iustus,hęc nullus homo est iustus:illã vero quæ est aliquis est homo iustus , opposita,quoniam nõ omnis homo est nõ iustus. ne-

Regula 4

Regula 5

Regula 6 cesse est enim aliquē esse. 7 ℂManifestum est autē etiam quoniā in singularibus si verū est interrogatū negare:quoniam & affirmare verum est. vt putásne Socrates sapiens est? non. Socrates igitur est nō sapiēs. In vniuersalibus vero nō est verá quæ similiter dicitur:vera autem negatio est . vt putásne omnis homo sapiens est?non.omnis igitur homo non sapiens est. hoc enim falsum est. sed nō igitur omnis homo sapiens est: verum est.hæc enim opposita est : illa vero contraria.

Dubium. 8 ℂIllæ vero secundū infinita cōtra iacentes nomina & verba(vt in eo quod est nō homo,vel nō iustus) quasi negationes sine nomine & verbo esse videbuntur:sed nō sunt. Semper enim vel verā vel falsam esse necesse est negationē.qui vero nō homo dixit,nihil magis q̄ qui dicit homo, sed etiā minus: verus vel falsus fuit,si nō aliquid addatur.

Regula 7 9 ℂSignificat autē est omnis nō homo iustus:nulli aliarū idē nec huic opposita quę est,nō est oīs nō homo iustus . ea vero quæ est,omnis nō iustus nō homo est:illi quæ est nullus est iustus nō homo,idem significat. 10 ℂTransposita vero nomina & verba idē significant. vt est albus homo: & est homo albus. Nā si hoc nō est:eiusdē multæ erunt negationes. sed ostensum est quoniā vna vnius est.eius enim quę est,est albus homo:negatio ęst,nō est alb⁹ homo.eius autē quæ est,est homo albus,si nō eadē est ei quę est,est albus homo:erit negatio,vel ea quæ est,nō est nō ho-

mo albus,vel ea quæ eſt,non eſt homo albus. Sed altera quidē eſt negatio eius quæ eſt, eſt non homo albus: altera vero eius quæ eſt,eſt albus homo.quare erunt duæ vnius.Quoniam igitur tranſpoſito nomine & verbo eadem fit affirmatio & negatio,manifeſtum eſt.

¶De coniunctis & diuiſis enuncia-
tionibus. Cap. 2.

11 AT vero vnū de pluribus, vel plura de vno affirmare,vel negare: niſi ſit vnū aliquid quod ex pluribus ſignificatur, nō eſt affirmatio vel negatio vna. Dico autē vnū:non ſi vnū nomen poſitū ſit,non ſit autē vnum aliquid ex illis. vt homo eſt fortaſſe,& animal,& bipes, & manſuetū, ſed ex his vnū fit.ex albo autē & homine & ambulare:nō eſt vnū.Quare nec ſi vnū aliquid de his affirmet aliquis:erit affirmatio vna.ſed vox quidē vna: affirmationes vero multæ. nec ſi de vno iſta: ſed ſimiliter plures.Si ergo dialectica interrogatio reſpōſionis eſt petitio,vel propoſitionis, vel alterius partis contradictionis,propoſitio vero cōtradictionis eſt vnius pars:nō erit vna reſpōſio ad hæc. neq; enim interrogatio vna, nec ſi ſit vera.dictū eſt autē de his in topicis. ſimul autē manifeſtū eſt,quoniā nec hoc ipſum quid eſt:dialectica interrogatio eſt.oportet enim datū eſſe ex īterrogatione eligere:vtrā velit cōtradictionis partē enūciare: ſed oportet īterrogātē determinare:vtrū hoc ſit homo,an nō hoc.12 ¶Quoniā vero hæc qdē prędicātur

Concluſio 1

Quæſtio 1

cōpoſita, vt vnū omne prędicatū fiat, eorū quę extra prędicātur: alia vero nō. quę eſt differētia? De homine enim verū eſt dicere & extra animal, & extra bipes: & hæc vt vnū. & hominem, & albū: & hæc vt vnū. ſed non ſi citharœdus eſt & bonus: etiā citharœdus bonus.

Concluſio 2

13 ❡Si enim quoniā vtrunq; verū, eſſe oportet ſimul vtrunq;: multa inconuenientia erūt. De homine enim & hominē verum eſt dicere & albū: quare & omne. rurſus ſi albū ipſum: & omne. quare erit homo albus, albus. & hoc in infinitū. Et rurſus muſicus alb[9] ambulās: & hæc eadē frequēter implicita. Amplius. Si Socrates, Socrates eſt, & homo: & Socrates, Socrates homo. & ſi homo & bipes: erit homo bipes. Quoniā igitur ſi quis ſimpliciter dicat cōplexiones fieri: multa accidit dicere inconuenientia manifeſtū eſt. Quēadmodū autē ponendum eſt, nunc dicimus.

Σκυτεὺς ponitur grçce quod cerdonem & ſutorem ſignificat nō citharœdū.

Regula 1

14 ❡Eorum igitur quæ prædicātur, & de quibus prædicari accidit quęcunq; ſecundū accidēs dicūtur, vel eodem, vel alterū de altero: hæc nō erūt vnū. vt homo albus eſt, & muſicus: ſed nō eſt vnū album & muſicū. accidētia enim ſunt vtraq; eidem. Nec ſi albū muſicū verū eſt dicere: tamē * non erit albū muſicū vnū aliquid. ſecundū accidens enim albū muſicū. quare nō erit album muſicū vnū aliquid. quocirca nec citharœdus bonus ſimpliciter: ſed animal bipes. non enim ſecundū accidēs.

Regula 2

15 ❡Amplius. Nec quæcūq; inſunt in altero. quare neq; album frequēter:

neq; homo,homo animal eſt vel bipes.inſunt enim in homine animal & bipes.16 ¶Verum eſt autẽ dicere de aliquo & ſimpliciter:vt aliquem hominẽ hominẽ, aut aliquẽ albũ hominem,hominẽ albũ.non autẽ ſemper.17 ¶Sed quãdo in adiecto quidẽ aliquid oppoſitorum ineſt,quod cõſequitur cõtradictio, nõ verum ſed falſum eſt.vt hominẽ mortuũ:hominẽ dicere.Quando autẽ nõ ineſt:verũ.18 ¶An etiã quando ineſt,ſemper non verũ eſt: quãdo vero non ineſt,nõ ſemper verũ eſt? vt Homerus eſt aliquid,vt poëta:ne ergo eſt,an nõ?ſecundum accidens enim prędicatur eſt,de Homero(quoniã enim eſt poëta)ſed nõ ſecundũ ſe prædicatur de Homero,ipſum eſt.19 ¶Quare in quibuſcunq; prędicationibus neq; cõtrarietas ineſt, ſi diffinitiones pro nominibus dicãtur:& ſecundũ ſe prædicantur, & nõ ſecundũ accidẽs,& in his aliquid & ſimpliciter verum erit dicere.Quod autẽ non eſt: quoniã opinabile eſt,nõ eſt verũ dicere eſſe aliquid.opinio enim eius eſt:nõ quoniã eſt,ſed quoniã nõ eſt.

Conclusio 3 · Regula 3 · Quæstio 2 · Regula 4

¶De enũciationibus modorũ:poſſibilis, contingẽtis,impoſſibilis & neceſſarij. Cap. 3.

20 H Is vero determinatis perſpiciendũ eſt quẽadmodum ſeſe habent negationes & affirmationes adſeinuicẽ:eę ſcilicet quæ ſunt de poſſibili eſſe & nõ poſſibili:& de contingenti & nõ contingenti,& de impoſſibili & neceſſario. Habent enim aliquas dubitationes. nã ſi eorum quæ cõplectuntur, illæ

Conclusio 1

sunt sibiinuicẽ oppositę contradictiones, quæcunq; secundũ esse & non esse disponuntur. vt eius quæ est esse hominẽ: negatio est non esse hominẽ, non ea quæ est esse non hominem. & eius quæ est esse album hominẽ: ea quæ est nõ esse albũ hominem, sed non ea quę est esse nõ album hominẽ. si enim de omni aut affirmatio, aut negatio est: lignũ erit verũ dicere esse non album hominem. quòd si hoc modo & in quibuscunq; esse nõ additur: idem faciet quod pro esse dicitur. vt eius quæ est homo ambulat: non hæc ambulat nõ homo negatio erit, sed hæc nõ ambulat homo. nihil enim differt dicere hominẽ ambulare: vel hominem ambulantem esse. quare si hoc modo vbiq; : & eius quę est possibile esse, negatio erit possibile nõ esse, sed non ea quæ est non possibile esse. Videtur autem idem posse & esse & non esse. omne enim quod est possibile diuidi vel ambulare: & non ambulare, & non diuidi possibile est. Ratio autem est, quoniam omnę quod sic possibile est: non semper in actu est. quare inerit ipsi etiã negatio. potest igitur & non ambulare quod est ambulabile, & non videri quod est visibile. at vero impossibile est de eodem oppositas veras esse enunciationes. nõ igitur eius quę possibile est esse: negatio est

Conclusio 2 hæc possibile est nõ esse. 21 ¶Contingit enim ex his: aut idem affirmare & negare simul de eodẽ, aut nõ secundũ esse vel nõ esse quæ opponuntur, fieri affirmationes & negationes. si

ergo illud impoſſibile eſt: hoc erit magis eli-gendũ.eſt igitur negatio eius quę eſt poſſibile eſſe:ea quę eſt nõ poſſibile eſſe,ſed nõ ea quę eſt poſſibile nõ eſſe.eadẽ quoq; ratio eſt: & in eo quod eſt contingens eſſe . etenim negatio eius eſt nõ contingens eſſe.& in alijs quoque ſimili modo:vt in neceſſario,& ĩpoſſibili. Fiũt enim quẽadmodũ in illis eſſe,& nõ eſſe appo-ſitiones: ſubiectæ vero res,hoc quidẽ albũ,il-lud vero homo.eodẽ quoq; modo hoc in loco eſſe quidẽ & nõ eſſe vt ſubiectũ ſit:poſſe vero & cõtingere appoſitiones determinãtes(quẽ-admodũ in illis eſſe & nõ eſſe)veritatẽ & fal-ſitatem. ſimiliter hæ in eo quod eſt eſſe poſſi-bile & eſſe nõ poſſibile.eius vero quæ eſt poſ-ſibile eſt non eſſe: negatio eſt, non ea quæ eſt non poſſibile eſt eſſe, ſed ea quæ eſt non poſ-ſibile eſt non eſſe. & eius quæ eſt poſſibile eſt eſſe: non ea quæ eſt poſſibile eſt non eſſe, ſed ea quæ eſt, non poſſibile eſt eſſe. quare & ſe-qui ſeſe inuicẽ videbũtur poſſibile eſt eſſe: & poſſibile eſt non eſſe. idem enim poſſibile eſt eſſe & nõ eſſe.nõ enim cõtradictiones ſunt ſi-biinuicẽ huiuſmodi:poſſibile eſt eſſe,& poſſi-bile eſt nõ eſſe. ſed poſſibile eſt eſſe,&nõ poſ-bile eſt eſſe: nũquam ſimul in eodẽ veræ ſunt. opponuntur enim . neque ea quæ eſt poſſibile non eſſe,& non poſſibile nõ eſſe: nunquam ſi-mul in eodem veræ ſunt. ſimiliter autẽ & eius quæ eſt,neceſſarium eſt eſſe,negatio nõ eſt ea quę eſt neceſſariũ non eſſe,ſed ea quæ eſt non

necessarium est esse.eius vero quę est necessarium est nõ esse: ea quæ est non necessariũ nõ esse:& eius quæ est impossibile esse:non est ea quæ est impossibile non esse,sed hæc non impossibile esse.eius vero quæ est impossibile nõ esse:ea quæ est non impossibile non esse. Vniuersaliter vero (quẽadmodũ dictum est) esse quidem & non esse oportet ponere quẽadmodum subiecta:negationẽ vero & affirmationẽ hæc facientẽ, ad esse & non esse apponere.& has oportet putare esse oppositas dictiones. possibile,& nõ possibile. cõtingens,nõ cõtingens.impossibile,nõ impossibile.necessarium, non necessariũ.verũ,nõ verũ.22 ¶Consequẽtiæ vero secundũ rationẽ fiunt cũ ita ponuntur.illam enim quæ est possibile esse, sequitur ea quæ est cõtingit esse,& hęc illi cõuertitur. & nõ ĩpossibile esse, & nõ necessariũ esse.illa vero quæ est possibile nõ esse, & cõtingẽs nõ esse:ea quæ est nõ necesse non esse,& non impossibile non esse.illam autẽ quæ est nõ possibile esse & nõ contingens esse:ea quæ est impossibile esse,& necesse nõ esse. illã vero quæ est non possibile non esse , & non contingens non esse,ea quæ est impossibile est nõ esse, & necessariũ est esse.Cõsideretur autem ex subscriptione quemadmodum dicimus.

Prima descriptio consequentium.

I	III
Possibile esse	Non possibile esse
Contingens esse	Non contingens esse

Non impossibile esse	Impossibile esse
Non necessarium esse	Necessarium nõ esse
Possibile non esse	Non possibile nõ esse
Contingens non esse	Nõ cõtingẽs nõ esse
Nõ impossibile nõ esse	Impossibile non esse
Non necessariũ nõ esse	Necessarium esse
II	IIII

33 ℂHæ igitur impossibile,& nõ impossibile, eã quę est cõtingens & possibile,& nõ cõtingens & nõ possibile sequuntur quidẽ cõtradictorie:sed conuersim.eã enim quæ est possibile esse:negatio impossibilis sequitur. negationem vero affirmatio. nã illã nõ possibile esse: ea quæ est impossibile esse,affirmatio enim est impossibile esse:nõ impossibile vero negatio. Conclusio 3

24 ℂNecessariũ vero quemadmodũ se habet: considerandũ est. Manifestũ est enim quoniã non eodẽ modo,sed contrarie sequuntur,contradictoriæ autẽ sunt extra.nõ enim est negatio eius quæ est necesse nõ esse: ea quæ est nõ necesse esse,contingit enim veras esse vtrasq; in eodẽ.quod enim est necessariũ non esse,nõ est necessariũ esse.Causa autẽ huius est,cur nõ sequitur similiter cæteris:quoniã cõtrarię,impossibile esse, necessario redditur idem valẽs. nam quod impossibile est esse:necesse est hoc, non quidẽ esse,sed potius non esse.quod vero impossibile est nõ esse: hoc necessariũ est esse. quare si illa similiter sequuntur possibile & nõ possibile:hæc ecõtrario,quoniã non significãt Conclusio 4

idem neceſſariũ & impoſſibile(ſed quẽadmo-
Concluſio dũ dictũ eſt)cõuerſim. 25 ¶At certe impoſſi-
5 bile eſt ſic poni cõtradictiones neceſſarij. Nã
quod eſt neceſſariũ eſſe:poſſibile eſt eſſe.nã ſi
non:negatio cõſequetur. neceſſe enim eſt aut
affirmare aut negare. quare ſi nõ eſt poſſibile
eſſe,impoſſibile eſt eſſe. igitur impoſſibile eſt
eſſe:quod neceſſe eſt eſſe.quod eſt incõueniẽs.
At vero illã quæ eſt poſſibile eſſe:nõ impoſſi-
bile eſſe , ſequitur. hanc vero:ea quæ eſt non
neceſſariũ eſſe.quare cõtingit quod eſt neceſ-
ſarium eſſe:nõ neceſſariũ eſſe.quod eſt incon-
Concluſio ueniens.26 ¶At vero neq; neceſſariũ eſſe,ſe-
6 quitur eã quæ eſt poſſibile eſſe: neque ea quæ
eſt neceſſariũ non eſſe.Illi enim vtraq; cõtin-
git accidere . harũ autẽ vtralibet vera fuerit:
nõ erũt illa vera,ſimul enim poſſibile eſt eſſe,
& nõ eſſe.ſi vero neceſſe eſt eſſe, vel nõ eſſe:
non erit vtrunq; poſſibile.relinquitur ergo nõ
neceſſariũ non eſſe: ſequi eã quæ eſt poſſibile
Concluſio eſſe. 27 ¶Hæc enim vera eſt & de neceſſe eſ-
7 ſe.hæc enim ſit cõtradictio eius quæ ſequitur
illam quæ eſt non poſſibile eſſe.illam enim ſe-
quitur ea quæ eſt impoſſibile eſſe , & neceſſe
eſt non eſſe: cuius negatio eſt nõ neceſſe non
Corollariũ. eſſe.28 ¶Sequuntur igitur & hæ cõtradictio-
nes ſecũdum prædictum modum. & nihil im-
poſſibile contingit ſic poſitis.

Secunda deſcriptio.

I	III
Poſſibile eſſe	Non poſſibile eſſe

Contingens esse	Non contingens esse
Non impossibile esse	Impossibile esse
Nõ necessariũ nõ esse	Necessarium nõ esse
Possibile non esse	Non possibile nõ esse
Contingens non esse	Nõ cõtingẽs nõ esse
Non possibile non esse	Impossibile non esse
Non necessarium esse	Necessarium esse
II	IIII

29 ¶Dubitabit autẽ aliquis si illã quæ est necessariũ esse, ea quæ est possibile esse sequitur. nam si nõ sequitur: cõtradictio sequetur, quæ est nõ possibile esse. Et si quis, hãc nõ esse dicat contradictionem: necesse est dicere possibile non esse, sed vtræq; falsæ sunt de necesse esse. At vero rursus idem videtur esse possibile incidi & non incidi: & esse & nõ esse. quare erit necesse esse, contingens nõ esse. hoc autẽ falsum est. Manifestum est autem quoniam nõ omne possibile vel esse, vel ambulare: etiam opposita posse. sed est in quibus nõ sit verum. & primum quidem in ijs quæ non secundum rationem possunt. vt ignis calefactiuus est: & habet vim irrationalem. quę igitur secundum rationem potestates sunt, eędem pluriũ etiam contrariorũ sunt. irrationales vero nõ omnes. sed (quemadmodum dictum est) ignem non est possibile, calefacere, & nõ: neq; quæcunq; alia semper agũt. alia vero possunt & secundũ irrationales potestates simul opposita suscipere. sed hoc huius gratia dictum est: quoniam Dubitatio.

non omnis poteſtas oppoſitorũ ſuſceptiua eſt, neq; quæcunq; ſecundũ eandẽ ſpeciem dicuntur.30 ¶Quædam vero poteſtates æquiuocæ ſunt.poſſibile enim nõ ſimpliciter dicitur:ſed hoc quidem quoniã verũ eſt quod in actu eſt. vt poſſibile eſt ambulare: quoniã ambulat iã. & omnino poſſibile eſt eſſe: quoniã iam eſt in actu quod dicit eſſe poſſibile. illud vero quoniam erit actu.vt poſſibile eſt ambulare: quoniam ambulabit.& hæc quidẽ in ſolis mobilibus eſt poteſtas: illa vero & in immobilibus. vtrũq; vero verũ eſt dicere poſſibile ambulare vel eſſe:& quod ambulat & agit, & ambulabile eſt. 31 ¶Sic igitur poſſibile non eſt verum de neceſſario ſimpliciter dicere:alterũ autem verũ eſt. quare quoniam partem vniuerſale ſequitur:illud quod ex neceſſitate,conſequetur poſſe eſſe,ſed non omne.

Concluſio 8 (margin, beside "tur.30"); Concluſio 9 (margin, beside "labile eſt. 31")

Tertia deſcriptio.

I	III
Neceſſarium eſſe	Non neceſſarium eſſe
Non poſſibile nõ eſſe	Poſſibile non eſſe
Nõ cõtingẽs nõ eſſe	Contingens non eſſe
Impoſſibile non eſſe	Nõ impoſſibile nõ eſſe
Neceſſariũ non eſſe	Non neceſſariũ nõ eſſe
Non poſſibile eſſe	Poſſibile eſſe
Non contingens eſſe	Cotingens eſſe
Impoſſibile eſſe	Non impoſſibile eſſe
II	IIII

Concluſio 10 32 ¶Et eſt quidẽ fortaſſe principiũ quod ne-

cessarium est,& quod nō necessariū est omniū vel esse,vel non esse:& alia queādmodū horū consequentia,considerare oportet. Manifestū est autē ex ijs quæ dicta sunt:quoniā quod ex necessitate est,secundū actū est.quare si priora sunt sempiterna:& quę actu sunt,potestate priora sunt.& hæc quidē sine potestate actus sunt.vt primæ substantię.alia vero cū potestate:quæ natura priora sunt, tēpore posteriora. alia vero nunq̄ actus sunt,sed potestates solū.

¶Quæ magis apte,enūciationes contrariæ dicantur. Cap. 4.

33 Vtrum autē cōtraria est affirmatio negationi, an affirmatio affirmationi: & oratio orationi quæ dicit quoniam omnis homo iustus est,ei quæ est nullus homo iustus est.aut omnis homo iustus est:ei quę est omnis homo iniustus est.vt est Callias iustus, non est Callias iustus,Callias iniustus est:quæ harū contraria est? 34 ¶Nā si ea quæ sunt in voce,sequuntur ea quæ sunt in anima,illic autem contraria est opinio contrarij (vt quoniā omnis homo iustus est:ei quę est omnis homo iniustus est) etiā in ijs quæ sunt in voce affirmationibus, necesse est similiter sese habere. quòd si neq; illic cōtrarij opinio cōtraria est: nec affirmatio affirmationi erit contraria,sed ea quæ dicta est negatio. quare considerandū est quæ opinio falsa opinioni veræ contraria est.vtrū negationis:an certe ea quæ contrariū opinatur. Dico autem hoc modo.est quædam

Quæstio

Conclusio 1

opinio vera boni, quoniam bonum eſt, alia autem quoniã non bonũ eſt falſa, alia vero quoniam malum, ſimiliter falſa: quæ harũ contraria veræ? & ſi eſt vna: ſecundũ quã contraria.

Concluſio 35 ¶ Nam arbitrari contrarias opiniones diffiniri, eo quòd cõtrariorum ſunt: falſum eſt. Boni enim quoniam bonum eſt, & mali quoniam malum eſt eadẽ fortaſſe opinio eſt etiã vera, ſiue plures, ſiue vna ſit. ſunt autẽ iſta cõtraria: ſed nõ eo quòd cõtrariorũ ſint, cõtraria ſunt, ſed magis quòd contrarie.

2 Iſta cõtraria: opiniones cõtrariæ.

Concluſio 36 ¶ Si ergo eſt boni quidẽ quoniam eſt bonũ opinio, alia autem quoniam nõ bonũ eſt: eſt vero quoniã aliquid aliud eſt quod nõ eſt, neq; eſſe poteſt. aliarum quidẽ nulla ponenda eſt: neq; quæcunque eſſe quod nõ eſt opinantur, neq; quæcunq; nõ eſſe quod eſt. infinitæ enim vtrę q; ſunt: & quæ eſſe opinantur quod nõ eſt, & quæ nõ eſſe quod eſt. 37 ¶ Sed in quibus fallacia eſt. hæ autem ſunt ex ijs ex quibus ſunt generationes. ex oppoſitis vero generationes, quare etiam fallaciæ. 38 ¶ Si ergo quod bonum eſt, & bonũ & non malum eſt, & hoc quidem ſecundum ſe, illud vero ſecundum accidẽs (accidit enim ei non malum eſſe) magis autẽ in vnoquoq; vera eſt quæ ſecundũ ſe eſt: etiam falſa, ſiquidẽ & vera. ergo ea quæ eſt, quoniam non eſt bonum quod bonum eſt, eius quæ ſecundum ſe eſt, falſa eſt: illa vero quæ eſt quoniam malum eſt, eius quæ ſecundum accidens. quare magis erit falſa de bono: ea quæ eſt negationis

3 Sed magis q̃ cõtrarie: contrarie aduerbiũ.

opinio,quàm ea quæ eſt contrarij. Falſus autẽ eſt maxime,qui circa ſingula habet contrariã opinionem.cõtraria enim eſt eorum quæ plurimum circa idem differunt.ſi igitur harũ cõtraria eſt altera,magis vero negationis eſt cõtraria: manifeſtum eſt quoniam hæc erit contraria.39 ¶Illa vero quæ eſt quoniam malum eſt quod bonum eſt:implicita eſt.Etenim quoniam nõ bonũ eſt,neceſſe eſt forte ipſum eundem opinari.40 ¶Amplius. Si etiã in alijs ſimiliter oportet ſe habere,& hoc modo videbitur bene eſſe dictũ. Aut enim vbiq; ea quæ eſt contradictionis,aut nuſquam. quibus vero non ſunt contraria:de illis quidẽ falſa,ea quæ eſt veræ oppoſita.vt qui hominem non putat eſſe hominem:falſus eſt.ſi igitur hæ contrariẹ ſunt:etiam & aliæ quæ ſunt contradictionis.
41 ¶Amplius. Similiter ſe habet opinio boni quoniã bonũ eſt:& nõ boni quoniã non bonũ eſt.& præter has, boni quoniã nõ bonũ eſt:& nõ boni quoniã bonũ eſt.illi ergo quẹ nõ boni quoniã nõ bonũ veræ opinioni:quæ eſt cõtraria? Nõ enim ea quæ dicit quoniã malũ eſt: ſimul enim aliquando erit vera.nunquam autem vera veræ contraria eſt.eſt enim quoddã non bonũ,malũ.quare contingit ſimul eſſe veras.At vero nec illa quæ eſt quoniã nõ malũ. vera enim & hẹc.ſimul enim & hẹc erunt.relinquitur igitur ei quæ eſt non boni,quoniam nõ bonũ eſt:cõtraria ea quæ eſt nõ boni,quoniam bonũ ẹſt.falſã enim hẹc.quare & ea quæ

est boni, quoniã non bonũ est: ei quæ est boni, quoniam bonũ est. 42 ❡Manifestũ ergo est quoniam nihil interest, nec si vniuersaliter ponamus affirmationẽ. vniuersalis enim negatio contraria erit. vt opinioni quæ opinatur, quoniam omne quod est bonũ, bonũ est: ea quæ est quoniã nihil eorũ quæ bona sunt, bonum est. nã ea quę est boni quoniã bonũ si vniuersaliter sit bonũ: eadẽ est ei quæ opinatur quoniam quicquid bonum est, quòd bonũ est. hoc autem nihil differt ab eo quod est: quoniam omne quod est bonũ, bonũ est. similiter autem & in non bono. quare si in opinione sic se habet, & sunt hæ quę sunt in voce affirmationes & negationes, notæ earũ quæ sunt in anima: manifestum est quoniã affirmationi contraria quidem negatio est, quæ de eodẽ vniuersaliter. vt ei quæ est quoniã omne bonũ, bonum est, vel quoniam omnis homo bonus: ea quæ est quoniam nullum, vel nullus. cõtradictoriæ autem quæ est quoniam non omne, aut nõ omnis. 43 ❡Manifestũ est autẽ quoniam & veram, veræ non contingit esse contrar[illegible]: neque opinionem, neq; contradictionem. contrariæ enim circa idem opposita sunt. Circa eadẽ autem contingit verũ dicere eundem: simul autem non contingit eidem inesse contraria.

❡SECVNDI LIBRI ΠΕΡΙ ἑρμηνέιας Aristotelis FINIS.